SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Archivio Storico
Comune di San Gemini – TR

D8r-p1

C
62/9

In Nomine domini nostri Iesu Christi eiusque gloriosissime genitricis semper virginis Marie Amen: Cum in futura contingat propter varias ipsarum administrationis
sepe ordi absconsi et seu propter earum senectutem bene non posse continuit: Hoc est sumptum et exemplum
sive copia cuiusdam bulle pii ex proprio originali debito meo scripto subscripto ac plombato plombo suspenso corda
canapine et registrato ut moris est. sumptum et exemplatum per me Conradum notarium et cancellarium subscriptum
de mandato et commissione Magnificorum dominorum Priorum pro parte Terre S. Gemini videlicet Mariangeli de Fabutiis et eius sociorum etc.
Cuius tenor sequitur et est talis videlicet.

Calistus episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Episcopo Narnien salutem et apostolicam benedictionem: Romani pontifex cunctorum
fidelium statum intendens illis libenter obviat periculis per que facile fideles ipsos scandalorum et periculorum materia
conspicit verisimiliter evenire: Exhibita siquidem nobis pro parte dilectorum filiorum universitatis et hominum Terre
nostre sancti Gemini tue dioc. et rectoris hospitalis sancti Bartholomei de Collecapre in districtu ipsius Terre consistentis
petitio continebat: ex in nostris Interamnen Reatin Tudertin. Narnien Ortan et Amelien Civitatibus et earum dioc.
ac Terris Arnulphorum Spoletan. dioc. nullum hospitale nisi prefatum seu domus constituta: in quo seu qua
pauperes occulto dei iudicio lepre morbo infectos consueverint receptare: sed non nunquam contingit pauperes
ipsos domunculas et domos privatas habitare: Ex quorum conversatione aliis fidelibus eorum morbum ignorantibus periculum
non modicum subesse dinoscitur: Quare pro parte universitatis et hominum predictorum asserentium quod prefati
pauperes in Civitatibus dioc. et Terris predictis pro tempore existentes ad hospitale huiusmodi proficisci et bona sua deferre
consueverint: Nobis fuit humiliter supplicatum: ut super hiis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur:
Nos igitur de premissis certam noticiam non habentes huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue
per apostolica scripta mandamus: Quatenus si ita est. omnes et singulos utriusque sexus personas huiusmodi lepre
morbo nunc et in posterum respersas in Amelien Interamnen Reatin. Tudertin Narnien et Ortan. Civitatibus
et dioc. ac Terris prefatis ubicumque tam in propriis quam aliis quibuscumque domibus sive locis clam vel palam
commorantes, et ad illas de quibusvis mundi partibus confluentes. ut ad hospitale prefatum proficiscantur

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di San Gemini, TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di San Gemini, TR